

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Schnobelius,
I.U.D. & Professor ad Exequias quas Fliolo dilectissimo Joachimo Beselin
maestissimi Parentes in Aede D. Mariae hora prima parabunt Omnes & singulos
Academiae Cives sedulo invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746847130>


Druck Freier  Zugang





Schnobelius, J.,
in J. Beselin.

R. 1643.

9







126 13
PROGRAMMA

Quo
RECTOR

Academiae Rostochiensis
JOACHIMUS SCHNOBE-
LIUS, J. U. D. & Professor



ad
Exequias
quas

Filiolo dilectissimo

JOACHIMO BE-
SELIN

maximissimi Parentes
in Aede D. Mariae hora prima
parabunt


Omnes & singulos Academiae Ci-
ves sedulo invitatur.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiae Typographi.

Anno M. DC. XLIII.

43 8



Legans omninò est illud ac
cedo dignum, quod ab Epichar-
mo versibus trochaicis, qui legun-
tur apud Clementem Alexandri-
num de piorum post hanc mortem

statu expressum:

Ευαγγελίης νόω πικρίας ἔπιπέσις γ' ἔδεν κακόν
κατ' ἄνωγ' ἀνα τὸ μέγαρα διαμείνει νὰς ἕρων.

Mente qui pius fuit nihil mali potest pati

Mortuus, quia in poli manebit arce spiritus.

Quid ab Ethnico luce verbi divini non illustra-
to potuit dici rectius, & ad Christianam accom-
modatus religionem? Penitus enim consonat il-
lis, quae in sacro codice de justorum animabus, e-
st, ubi corporis hincquunt domicilium, ad Creato-
rem Spirituum Deum reverti, ejus manu conti-
neri, & nullo tangi cruciatu dicuntur. Hoc enim
Pietatis est primum certissimum, ut exacto tem-
pore ad vivendum in terris concessio, animae pio-
rum in sedes caelestium beatissimas ad aeternae be-
atitudinis possessionem & usuram nullo avo ter-
minandam transferantur. Multa quidem sui cul-
toribus vera in DEUM pietas commoda etiam
i hoc mundo promittit & affert, ut praesentissi-
ma ejus ope, potentissima defensione, copia bo-

norum

norum omnis generis abundantissimâ fruantur,
nulliusq; rei, siue consilium sit, siue auxilium, siue
solatium, siue quodcunq; aliud bonorum genus,
sentiant penuriam. Optimum verò. & longè præ-
clarissimum, quod iis confertur, est beata animæ
ex vinculis hiscè corporeis & compedibus terre-
nis solutio, ac in veram cœlestis patriæ, quò a-
spirabant, libertatem receptio. Quo fit, quod
sæpenumero pii, utpote jam ante secula cœle-
stibus in libro vitæ adscripti, terris diu non inter-
fint, sed velut domestici ac familiares DEI matu-
rè in cœlum recipiantur. Absit enim, ut brevioris
ævi qui sunt eos reputemus in feliciores cæte-
ris, qui ad decrepitam pervenerunt ætatem, ut in-
ter deliros habeantur. Sit sanè diurnitas vitæ
bonū non contemnendum, etiam inter præmia
illorum, qui piè vitam ducunt, numerandum. Si
verò cum cœlesti comparetur, vitâ, licet perpetu-
is affluerit voluptatibus, vix tamen veræ vitæ ti-
tulum ac nomen tueri potest. Sicut enim ad im-
mensam extimi cœli magnitudinem terra puncti
saltem instar obtinet, ac stellæ cæteræ ad fulgo-
rem solis sese abdunt, & velut in nihilum redactæ
obscurantur; sic ad vitæ cœlestis beatitudinem
& splendorem ineffabilem hæc terrestris compa-
rata tam fragilitate quàm tenebris & calamitati-
bus suis, vitæ dici vix meretur. Sat vixerunt igitur
diu,

diu, quorum animæ Deo sic placuerunt, ut dignæ
sint habitæ, quæ vitæ longè melioris & immorta-
litas suæ, ad quam fuerunt conditæ, participes
redderentur.

Ex illorum numero sine omni controversiâ
est Puerulus ille, cujus hodie ex animo corpori ju-
sta præstituri sumus, JOACHIMUS BESELIN, utpote
quem & pium & ante adultam ætatem fato suo fe-
liciter functum cognoscetis. Non exiguum qui-
dem est, quod celeberrimam hanc civitatem RO-
STOCKIUM habuerit patriâ, in eaq; si superstes mâ-
sisset, honestissimis imprimis studiis & artibus ex-
coli & erudiri potuisset. Quæ nascendi felicitas
quanti sit, pauci rectè secum æstimant; non pau-
ci eam insulsâ quadam imprudentiâ in super ha-
bent ac contemnunt, non cogitantes, quantum
peregrè sumptuum in ea, quæ domi discere pos-
sunt, & velut cum nutricis lacte haurire, foret im-
pendendum. Nec leve est beneficium, quod
non solum honestissimis parentibus, Patre viro
Spectatissimo & Prudentissimo DN. JOHANNE BE-
SELIN, Senatore hujus Reipub meritissimo, Matre
DOROTHEA Marstallers / Amplissimi & Consultis-
simi viri, DN. PROTHASII Marstallers / J. U. D. &
Illustrissimorum ac Celsissimorum Principum
ULRICI, CAROLI & JOHANNIS ALBERTI p. p. p. re-
cordationis Ducum Megapolitanorum Consili-
arii

arii celeberrimi filia, fœmina honestissima pro-
creatus, et III. Januarii Anno M.DC.XXXVII. in
hanc lucem editus fuerit; sed etiam Majores pie
defunctus noster satis habuerit insignes ac hone-
stos. Avus enim paternus ei fuit vir Doctissimus
& Integerrimus JACOBUS BESELIN CIVIS hujus urbis
primarius & sedecimvir dignissimus; Avia pa-
terna fœmina lectissima MARGARETA Havemans/
VALENTINI Havemans/ Civis & Mercatoris hac
in urbe probissimi, & CATHARINÆ Kolkowen filia:
Proavus paternus vir Prudentissimus & Specta-
tissimus Dn. JOHANNES BESELIN Senatorii ordinis
hujus Civitatis non postremus; Proavia MAR-
GARETA, Dn. JACOBI Steins itidem Senatoris hu-
jus urbis dignissimi filia. Porro a prædicto Dn.
PROTHASIO Marstallern/Avo, & fœmina laudatis-
sima ANNA Schützen/Dn. NICOLAI Schützen/ Se-
natoris Gultroviensis & ANNÆ Stoeflowen/ filia,
avia; Proavo viro Experientissimo & Clarissi-
mo Dn. GERVASIO Marstallern/Med. Doctore &
Principum Lunæburgensium in aula Cellensi
Archiatro; Proavia fœmina honestissima DORO-
THEA Dreyers/maternum genus duxit. Hoc in-
quam, quod à laudatis ortus sit majoribus, quo-
rum virtus & prudentia hic & aliis in locis incla-
ruit, ac cum laude adhuc celebratur, ipsi Puerulo
quoque cedit sanè decori, nec postremo com-
menda-

mendationis loco est habendum. Verum si rem ipsam intuemur, quanti est claritas illa sanguinis humani & nativitatis terrenæ, nisi sanguine JESU CHRISTI Servatoris sui in baptismo tinctus, novâ nativitate per aquam & Spiritum donatus, familiæ cœlesti liberorum DEi ascriptus et ad notitiam salutis sempiternæ perductus esset? Sic verò satis ingenuus, & inde usque à primo credentium Patre originem trahens Parentum laudabili curâ & sollicitudine morès suos Christianæ pietati ac fidei conformare cœpit. Quamquam enim teneræ adhuc esset ætatis, nec dum solidioris doctrinæ capax ingenium haberet, non tamen in vitia adeo fuit pronus, quò minus facilem parentum monitis aurem, eorumque dictis se præbuerit morigerum & audientem. Hac insitâ mentis bonitate semina sacrorum dogmatum, quæ parentes ei instillatum ibant, libenter admisit, preces cum voluptate didicit ac recitavit, & rudimentis litterarum animum sensim excoli sine reluctance est passus. Ejus enim fuit indolis, ut non nisi pia, honesta & laudabilia pro ineuntis ætatis captu concupisceret ac sectaretur, adeoque probitate & obsequio suo Parentes jugiter oblectaret, eorumque & totius familiæ decus et oblectamentum quondam fore videret.


deretur. Hanc in spem & expectationem la-
tissimam ubi animos eorum erexisset, sub initium
hujus anni febrili quodam æstu correptus agro-
tare cepit, maloq; indies ingravescente & tumore
quodam aucto die iix. hujus mensis lecto affixus
fuit, cumq; per duas septimanas insigni patientiâ
dolores corporis non mediocres pertulisset, pre-
cibusq;, quas tenebat, JESULUM suum opi tula-
torem crebrò invocasset, xiv. die ejusdem mensis
horâ septimâ vespertinâ, cum sextum ætatis an-
num complevisset, & climactericum primum se-
ptimum scilicet iam ingressus esset, inter vota ac
gemitus astantium è vitâ hac placidè moriendo
emigravit. Quo suo decessu licet spem paren-
tibus factam ademerit, adeoq; non levem relique-
rit luctum ac moerorem, tamen cum sic visum fu-
erit illi, penes quem vitæ necisq; nostræ jus est, &
arbitrium, cujus nutu nascimur & vivimus, dena-
scimur & obimus, ita sese gerent illi, ne à statu
hominis Christiani, aut dignitate prudentum isti-
usmodi casus semper metuentium discedant.
Quin si cogitayerint, nihil in morte esse mali, sed
filiolum tam pium conspectui suo subtractum
inter cœlestium cœtus vero nunc gaudio, quod
nulla tristitia contaminare possit, frui, seq;, ubi fa-
talem contigerint terminum, ipsum secuturos &


in cœlo revisuros esse, desiderio & mœrori suo
patienter temperabunt, sistunt quefelas, ac vo-
luntati divinæ nullatenus refragabuntur. Præ-
millus saltem est non amissus; & variis calamita-
tibus, quæ nos hoc tempore & totam proho-
lor, Germaniam quatunt ac premunt, miserisq;
infinitis, quibus per se vita subinde fatigatur hu-
mana, cum a DEO diligeretur, præreptus, & æ-
terna tranquillitate feliciter donatus, nunc co-
ram JESU O suo, quem unice dilexit, una
cum Angelis meliore sui parte perpetuum HÆ-
LELUJAH canit. Quod ipsi nullatenus in-
videre, sed pro communi ejusdem felicitatis de-
siderio & exspectatione potius gratulari debe-
mus. Ut autem & nos, Cives Academici, Paren-
tibus mœstissimis dolorem hunc acerbum lenia-
mus, a vobis singulis, eo, quo parest, studio & hu-
manitate contendo, ut tam honesto generi piisq;
manibus hoc honoris exhibere, in æde D. Virgi-
nis hodie circa primam frequentes convenire, fa-
neris deductioni interesse, illudq; ad tumu-
lum usq; comitari non gravemini. P.P.


Rostochii xviii. Januarii Anno


∞ lxxliii.












deretur. Hanc in spem & ex-
tissimam ubi animos eorum ere-
hujus anni febrili quodam æstu-
tare cepit, maloq; indies in grave
quodam aucto die iix. hujus me-
fuit, cumq; per duas septimanas
dolores corporis non mediocres
cibusq; quas tenebat, JESULU-
torem crebro invocasset, xiv. die
horâ septimâ vespertinâ, cum
num complevisset, & climacteri-
primum scilicet iam ingressus es-
gemitus astantium e vitâ hac p-
emigravit. Quo suo decessu
tibus factam ademerit, adeoq; ne-
rit luctum ac mœrorem, tamen
erit illi, penes quem vitæ necisq;
arbitrium, cujus nutu nascimur
scimur & obimus, ita sese gere
hominis Christiani, aut dignitat-
usmodi casus semper metuent
Quin si cogitaverint, nihil in mo-
filiolum tam pium conspectui
inter cœlestium cœtus vero nun-
nulla tristitia contaminare poss-
talem contigerint terminum, ip-



em la-
nitium
s agro-
umore
affixus
tientiâ
et, pre-
pi tula-
mensis
tis an-
um fe-
vota ac
riendo
paren-
elique-
um fu-
s est, &
, dena-
â statu
im isti-
dant
ali, sed
actum
quod
ubi fa-
tros &
in